Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26491
Copyright: Admont, Benediktinerstift

tio talis maligna est. Scienti bonum quod facere et non facienti pec
catum est illi. Agite nunc divites et plorate ululantes in mise
riis vestris que advenient vobis. Divitie vestre putrefacte sunt et
vestimenta vestra a tineis comesta sunt. Aurum et argentum vestrum
eruginavit et erugo eorum in testimonium vobis erit et mandu
cabit carnes vestras sicut ignis. Thesaurizastis vobis iram in no
vissimis diebus. Ecce merces operariorum qui messuerunt regiones
vestras que fraudata est a vobis clamat et clamor ipsorum in aures
domini sabaoth introivit. Epulati estis super terram et in luxuriis
enutristis corda vestra in die occisionis. Adduxistis. Occidistis
iustum et non restitit vobis. Patientes igitur estote fratres usque ad ad
ventum domini. Ecce agricola expectat pretiosum fructum terre
patienter ferens donec accipiat temporaneum et serotinum. Pati
entes estote vos et confirmate corda vestra quoniam adventus domini ap
propinquabit. Nolite ingemiscere fratres in alterutrum ut non iu
dicemini. Ecce iudex ante ianuam assistit. Exemplum ac
cipite fratres exitus mali et longanimitatis laboris et patien
tie prophetas qui locuti sunt in nomine domini. Ecce beatificamus qui
sustinuerunt. Sufferentiam Iob audistis et finem domini vidistis quoniam
misericors est dominus et miserator. Ante omnia autem fratres mei noli
te iurare neque per celum neque per terram neque aliud quodcumque iura
mentum. Sit autem sermo vester est est non non ut non sub iudicio de
cidatis. Tristatur autem aliquis vestrum oret equo animo et psal
lat. Infirmatur quis in vobis inducat presbiteros ecclesie et orent
super eum unguentes eum oleo in nomine domini et oratio fidei sal
vabit infirmum et alleviabit eum dominus et si in peccatis sit re
mittentur ei. Confitemini ergo alterutrum peccata vestra et
orate pro invicem ut salvemini. Multum enim valet deprecatio
iusti assidua. Helias homo erat similis nobis passibilis
et oratione oravit ut non plueret super terram et non pluit
annos tres et menses sex et rursum oravit et celum dedit
pluviam et terra dedit fructum suum. Fratres mei si quis ex vobis
erraverit a veritate et converterit quis eum scire debet quoniam qui
converti fecerit peccatorem ab errore vie sue salvabit